Notabile magistri heinrici de hassia in lectura
Viri spirituales et singulares persone religiose vi-
ventes scripture perite videntur in temerariis
iudiciis in aliorum condempnacionibus et suis ostentacionibus.
in [illegible] edicit adherencia sue prudencie in [illegible]
sue impaciencie in fatuis de se estimacionibus confide-
nciis et displicenciis in detraccionibus et murmuracionibus
et super omnia defectione conscientie in distraccionibus etc.
Beda super illud. Omne gaudium existimate etc dicit.
Ne indigneris si mali in hoc mundo floreant
et vos patimini. quia non est christiane dignitatis
in hoc mundo exaltari et prosperari sed potius
deprimi. Mali nichil habent in celo. vos
nichil in hoc mundo. Sed spe illius boni
ad quod tenditis semper in vestra parte gaudere
gaudere debetis. Nichil est unde doleatis.
unde dubitetis. Hec ille.
Augustinus. Qui nos amat. [illegible] quod laudet
in nobis. Qui vero nos odit. detrahit
nobis. Crisostomus. Malos qui monet
offendit invenit odium qui agit [illegible].
Seneca. Sola miseria caret invidia
[illegible] semper invidia [illegible].